misit, ut quoties ab armis cessatum esset, et interualla bellorum spem aliquam alicuius opportunitatis celebrandi concilij darent; de hoc cum eis principibus ageret, quorum auctoritate et opera Concilia indigere solent: cum bella flagrarent, de pace, cuius tamen finis et quasi fundus esset ipsa concilij celebratio. qua in re ita fuit ardens animo eius S.tas, ut neqs itinerum longitudine, nec incommodis deterreri potuerit, licet annis admodum grauis, quominus eiusmodi legatione, idqs non semel apud Principes discendo per se obire uellet pro ipsa ecclesia, ut ei simul cum Pace Concilium generale redderet. Hos certe annos si paululum tecum consideraueris uidebis uniuersum eius Pontificatum in his duobus sanctissimis negotijs esse consumptum: neqs uerò tu quicquam horum negas, quia nihil accusas antequàm uentum sit ad Tridentinũ Concilium; neque enim quicquàm hic obijcis antèqs uenias ad translationem, ac nec in ea quidem aliquid accusas; fateris tamen insita S.te Sue id factum fuisse, et ob eam causam Legatos accusas, quòd ineo nihil tale S.te Sua id fecerint ausi: in hoc tantum factum S.tis improbas, quòd quibusdam Patribus, quibus Prelatorum è Tridento Bononiam unà cum Legatis Concilij se contulerint mentionem faciens Concilij Bononiensis nomine illorum congregationem

congregationem appellat, in grauc ut tu dicis preiuditium illorum Prelatorum qui Tridenti remanserunt. si uerò hoc preiudicium Concilij appellationem attulisse in his affirmas, an non idem preiudicium est, quod Caesar ipse suis in literis eis attulit, quo tu ipse O. Orator quod Rmus Tridentinus cum uerba literarum Caesaris sequentes postularetis, ut S.tas Sua Concilium Tridentum reuocaret, reuerti faceret, reduceret; quod fieri quidem non posset, si nusqs usi Tridenti Concilium esset: quare cum de Congregatione Bononiensi constet Imperatorem intellexisse Concilium eam congregationem, illum quoqs appellasse non est dubium. cur ergo hic non idem est preiudicium? an non quod Summi Pontificis uerbum, qui legitimus est iudex, sum sententia habere uidetur: in hoc enim S.tem eius accusas, quod preposteris iudicio antecesserit Iudicis sententiam causam eorum qui Tridenti remanserunt damnauit, Congregationem Bononiensem Concilium appellans. ausculta ergo, et intelliges O. orator, qui rectè hac in causa Sanctem iudicem agnoscis, ne latum quidem unguem eam ab officio iudicis discessisse, nullumqs preiudicium alteri parti attulisse, etiam si Concilium Conuentum Bononiensem appellat; quia donec causa cognoscatur, licebit iudici ab communi uocabulo, quo omnes utuntur: omnes uerò